



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate  
Libri Septem**

**Scardeone, Bernardino**

**Venetiis, 1542**

Filios nothos male semper audire, & infensos semper esse nouercis cap.  
xxxii

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30433**

## DE PUDICITIA MATRIMONII.

nec ferre æquo animo, nec dissimulare diutius. Namque  
primū ulciscendæ iniuriæ fuit sibi occasio data, patrum  
(erat.n. patris frater non pater, ut quidam falso scribunt)  
à mensa euocatum, tanquam secreti aliquid haberet, nisi  
hil tale suspicantem, gladio educto transfodit: & ueluti  
qui moriturus esset, uulnera ingeminans, nō euelli ab eo  
prius potuit, quia et ipse transfossus una cū principe expirat  
uerit. Amor ergo & gratia, quam ueri, & legitimi filii pa-  
rentibus debent, quo ad turpiter genitos, odium est, &  
querela. Vnde Ecclesiastes. De patre, inquit, impio que-  
runtur filii, quoniam propter illum sunt in opprobrio.

Eccle.4.1.

Filios nothos male semper audire, & infensos sem-  
per esse nouercis. Cap. XXXI.

Vam molestum autem, & quām erum nosum  
sæpe fuerit parentibus suscepisse eiusmodilibet  
ros: quancque perniciosum legitimis filiis habuisse  
eiusmodi fratres, satis supercque satis, & antiquis, & quoti-  
dianis exemplis liquet: ut superfluū posuit uideri, si hac  
acutius indagemus: tædiosum autem, si copiosius refel-  
ramus. Suspectos aut eos cuiuspiā improbitatis semp., &  
ubique reddunt nefarii, & impudici natales. Est enim hac  
uulgo ab omnibus approbata sententia. Ex bonis bo-  
nos, ex malis malos digni solere. Quo circa commo-  
dus imperator. M. Antonini filius non ob aliud habitus  
est ex adulterio natus quia ob suam improbitatem, quia tam  
dissimilibus moribus degenerasset à patre. Nihil sane  
mirum, si ex bonis parentibus bonos, & si ex impudicis  
nasci quoscque uideamus liberos impudicos. Referimus  
ferè aut patrem, aut matrem, aut utrunq;. Huc accedit, quia  
ii negligentius educatur, quia qui legitimo matrimonio ge-  
nerantur: ideo facile ad seruiles mores defleunt: nec  
nisi rari ad aliquod egregiū attollunt animos. Solus lepte  
apud Hebræos, Themistocles apud Græcos, & Io. An-  
dreas illustrissimus pontificii iuris interpres pro cōpen-  
tis apud Latinos referuntur, qui gestas rerum gloria, &

disciplinæ doctrina, & uitæ, morūq; honestate, abstensa  
prosuls natalium nota refulerint. Hic illud sapientissimi

Sapi. 4.

Solomonis dictū nullo pacto tacendum est. Multigena,  
inquit, impioꝝ multitudo non erit utilis: et spuria uitula,

mīma, seu adulterinæ plantationes (ut interpretatur Aus-  
gustinus) non dabunt radices altas, nec stable firmamen-

tum collocabunt: & si in ramis, & in tempore germinas  
uerint, infirmiter posita a uento commouebuntur: con-

fringentur. n.rami inconfirmati, et fructus illoꝝ inutilis  
erunt et acerbi ad manducandum, et ad nihilum apti. Ex

inquis. n.oēs filii, qui nascentur, testes sunt nequitiae ad-  
uersus parentes in interrogatiōe sua. Haec tenus Salomon

& expresse, & sapienter et copiose omnia, ut nihil addi-

hic à nobis ultra conueniat. Illud quoꝝ antiquum pro-

uerbium minime prætereundū censui, quod uulgo dici  
solet, Mali cornū malū ouum. Nec illud similiiter Esaiæ.

Deradice colubri egredi regulis. Eiice ergo, ut ait scrib. Esai. 14.

plura ancillam, & filium eius, et bigam istā tam male co-

Gen. 21.

pulatam iam dissoluas: lugumq; tale cito confringas:

non bene profecto super additur uxori concubina: nec

hates erit filius ancille q; filio libere. Quanto aut̄ odio

esse soleant, q; ingrati eiusmodi geniti, et priuigni oēs

nouercis, nemo ignorat. Hipodamia uxor Pelopis Chri-

sippum priuignum, illegitime natum, uerita ne præripes

ret alioq; filiis legitimis ditionem, ut de Iugurta legitur, so-

litum multa nocte gladio ingulauit. Haud nihil securus

Nuceria Helii uxor, quæ firmum priuignum, ubi frustra

legitimos fratres in eius necem stimulauerat, manu pro-

pria tandem toro iacentem occidit. Quid Hele, & Phri-

xus à nouerca nō sustinuerunt? Sed quid attinet de no-

uercarę odiis disceptare? q; extet parœmia illa notisfis-

ta, & Græcorę et latinorę literis celebrata. Odiū nouer-

ta: quod dicitur, quum quis uelit odium quodpiam

immane notare, ac tale quo non possit quicquam nec

excogitari crudelius, nec atrocius perpetrari.

H H l i i i